



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 7. Sessio XXVIII. Sententia contra Austriæ Ducem lata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)



Sæcul. XV. reformatio per universam Germaniam feliciter propagata est. Juxta Bursfeldensis Congregationis normam ducentis ex post annis duæ aliæ toto orbe celebres erectæ sunt, nimirum Congregatio S. Victoris & Hidulphi in Lotharingia, & altera S. Mauri in Galliis.

*S. Vannes.*

§. VII.

*Sessio XXVIII. Sententia contra Ducem Austricæ lata.*

*Labbe Conc. to. 12. p. 209.* Die Mercurii tertia Martii habita est Sessio ordine vigesima octava, in qua præprimis discussa est causa Ducis Austriaci, declaravitque Synodus, citationem quidem executioni datam esse, Ducem vero non comparuisse in judicio, ac propterea rebellem declarari & perjurum, atque ut talem omni honore ac dignitate exutum; statuitque non modo illum, sed omnes ejusdem descendentes usque ad secundam generationem, necnon omnes eidem adhærentes ad quævis honorum fastigia inhabiles, atque Imperatoris judicio tradendos esse. Anathematis quoque executio Episcopo Truguriensi demandata fuit. Hanc sententiam Arragonenses quidem approbabant, illam tamen clausulam, *Sede Apostolica vacante*, impugnabant, eo quod, inquebant illi, *Sedes Apostolica nondum vacaret*,



caret, abs dubio, quia Benedictus nec-  
 dum sede deiectus erat. Ast cum ipsi-  
 met ab ejus obedientia jamjam defecis-  
 sent, Synodo aggregati, mirum plane,  
 quo pacto hasce tricas movere potuerint.

Sæcul. XV.

A.C. 1417.

## §. VIII.

*Epistola Deputatorum a Synodo Paniscolam missorum.*

Septima Martii die Patres congressi sunt, *Vander*  
 Epistolam perlecturi, quam duo Mo-*Hardt tom. 4*  
 nachi Benedictini, Lambertus Stockius *p. 1146.*  
 Germanus, & Bernardus de Plancha  
 Burdegalensis Paniscolam missi, ad Car-  
 dinalem Vivariensem exarabant, qua via  
 Benedicto citationem insinuassent, indi-  
 cantes: nimirum, Benedictus comperto  
 horum adventu Doctorem quemdam eis  
 obviam mittebat, qui illos rogaret, ut  
 suum ingressum in posteram diem differ-  
 rent; verum ipsi, cum Benedictus secu-  
 ritatis literas illis dare negasset, nil ejus  
 preces morati, suum iter prosequuntur,  
 atque ad portas urbis a Petri de Luna  
 Nepote, quem ducenti Equites armis  
 probe instructi stipabant, excipiuntur.  
 Altera die audiuntur a Benedicto, tri-  
 bus Cardinalibus, quibusdam Episcopis,  
 aliisque Ecclesiasticis assistentibus; Hi  
 Benedictum demisse quidem salutant,  
 nec tamen genua coram eo flectunt, de-  
*Hist. Eccles. Tom. XXVI.* S      mum